

MELETEM. CATECHETICA. 1207

ipsum confugiamus & imploran-  
tes opem ejus tuamus in ulnas Pa-  
tris nostri clementissimi.

Si votis nostris gratiose annuit: grati simus  
& accepta bene collocemus.

Sin minus: animum propterea non despon-  
deamus & spem omnem abji-  
ciamus.

Si enim hic non quemvis dicit: certo cer-  
tius id fiet in futura vita in cœlesti-  
bus bonis: ubi cum Patriarchis ac-  
cubituri sumus in regno cœlorum.  
Matth. 8.

---

DOMINICA LIII.

Ex Quæst. 126.

PECCATA HUMILITER DE-  
precemur semper, & fidenter.

TEXTUS Dan. 9. 17, & duob. seqq.

vers. 17. *Ausculata, Deus noster, orationi servi  
& deprecationibus ejus & fac ut luceat  
facies tua super sanctuarium tuum quod  
desolatum est propter Dominum.*

vers. 18. *Inclina, Deus mi, aurem tuam & audi  
aperi oculos tuos & vide desolationes no-  
stras, & civitatis que vocata est de nomi-  
ne tuo: non enim propter ullam justitiam no-*

Gggg 4